



QUA RATIONE SOLVITÆ

continuitatis morbis succurrat

vipera caro.

CAP. XXII.




ALIGNA ulcera
cacoethe vocata,
Galeno auctore,
lib. 4. Meth. cap. 5.
sunt quæ omnibus
ritâ, decenterque
factis, non sanantur,

& contumaciter perdurant, intus
& extra. Causam verò hujus contu-
maciæ reddit Galenus lib. 1. de Comp.
Medicamentorum per genera, cap.
18. & lib. 4. cap. 1. & pariter lib. 1. de
Medicamentis per loca. Est intempe-
ries inducta membrîs, ex cachexia
partis effectæ, sed est primum mala
intemperies cum superiori non so-
lùm similaribus partibus affectis, sed
etiam instrumentariis, Comes Mon-
tanus lib. 3. cap. 17. quando igitur ex

ve-

venenata arteria abscedunt carnes, & ulcera fiunt gravissima, & solvitur continuum, ut Aristoteles meminit in eo libello, de mirabilibus Auscultationibus, si illius est, circa Italiam in Circejo promontorio lethale venenum nasci tanta vi, ut sumptum mox pilis corpus totum & nudum reddat, ac solvat, adeo membra cuncta veluti liquescentia cadaverum speciem miserabilem tota superficie præbeant. Hoc veneno ferunt Pomestrum Cajumque Cleonymo Spartiatæ insidiosos esse, verum deprehensos, & exanimatos in Tarquiniis supplicio affectos; cui venenatæ solutioni continuitatis, Viperarum carne, ut ostendam, facile Medicus occurisset. Scribit enim lib. 4. de Abstinencia ab esu animalium Porphyrius: servum Crateris Medici, dum immanissima lepra laboraret, & carnes ossibus abscederent, potato vino in quo visa est Vipera mortua, statim convaluisset. Refert etiam Plinius lib. 30. Musam Medicum

cum illum singularem Augusti temporibus Romæ in pessima ulcera incidisse, carnes enim utique ab ossibus abscedebant, multis frustra adhibitis medicamentis tandem præparatas Viperas ei dedisse testatur, & mira celeritate perfanatum. Ecce igitur solutioni venenatæ continuitatis, etiam si ferro venenato contingeret, rationabiliter Viperæ caro succurret, quoniam materiam, quæ unionem partium disjungit, extra corpus pellit, in totum natura ipsa unit, ablato impedimento, tutò & celeriter efficit.



QVIBVS MORBIS ANTI-
qui carne Viperina uterentur, Au-
ctorum sententia.

CAP. XXIII.

DEMOCRITUS Abderita-
monstra ex Vipera facere
pollicetur, ut avium ser-
mones intelligantur. Pli-
nius Auctor est lib. 29. c. 6. jus Vipere,
quæ